

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

F L A V I I

I O S E P H I

O P E R V M T O =

M V S T E R -

B. ch. T I V S . 5 - n . 277.

*

De Bello Indaico libros continēs septem: Contra
Apionem libros duos: ex Græcorum codicū
collatione per Sigismundū Geleniū castigatos:
De Machabæis, siue de Imperio rationis librū
vnum, à D. Erasmo Roterodamo recognitum.

*Indicem præterea materiarum in toto opere
contentarum locupletem.*



L V G D V N I,

Apud Antonium Vincentium,

1557.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

FL. JOSEPHI
 DE ANTIQUITATE
 IUDAORVM CONTRA
 Apionem Alexandrinum,
 ad Epaphroditum.

Liber I.



Opera Sigismundi Gelenii restitutus.



V F F I C I E N T E R , ut arti-
 tror, & per libros Antiquita-
 tum, optime ritorum Epaphro-
 dite, legentibus eos, aperui de
 nostro genere Iudeorum, quia
 & vetustissimum est, & primam originem do-
 mesticam habuit. Quinq; millium enim annorum
 numerum historiam continentem, ex nostris sa-
 cris libris Graeco sermone conscripsi. Quoniam ve-
 rò multos video, respicieutes blasphemiam quo-
 rumdam insanè prolatam: & ea que à me de an-
 tiquitate conscripta sunt, non credentes: putan-
 tes mendacium nostrum esse genus: eo quod nul-
 la memoria apud Gracorum nobiles historiogra-
 phos digni sunt habiti nostri maiores: pro omni-
 bus his arbitratus sum oportere me breviter has
 dicta conscribere: & derogantium quidem, re-
 sanum spontaneumq; increpare mendacium, alio-
 rum verò ignorantiam pariter emendare, uni-
 uersosq; de nostra antiquitate, qui scilicet veri-
 tatem

tatem amplectuntur, edocere. Utar autem in meis
dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud
Grecos fide digni sunt iudicandi: eos rautem qui
blaspheme de nobis atque fallaciter conscripsere
aliqua, per semetipos convictos indubitanter
ostendam. Conabor etiam causas exponere, pro-
pter quas non multi in Grecois historij genit no-
stra fecere memoriam: necnon & eos, qui de
nobis scribere voluerunt nescientibus aut nescire
simulantibus indicabo. Primitus itaque facio ad-
miror eos, qui existimant aportere de rebus an-
tiquis, Gracis tantummodo fidem habere, & ab
eis consulendam esse veritatis integratam: nobis
autem & alijs hominibus non esse credendum. Sed
ego omnia in his contraria video contigisse. Qua-
proprie decet non varias opiniones inspicere, sed
ex ipsis rebus iustitiam porderare. Omnia signi-
dem Gracorum noua, & heri (ut ita dicam) nu-
perq; facta cognouimus: hoc est fabrica civitatis &
admissiones artium conscriptionesq; legum: cum-
clarumq; rerum junior apud eos est historia di-
ligentia conscribenda. Apud Aegyptios autem,
atque Chaldaeos, & Phoenicos (desino enim nos
illis consumerare) sicut ipsi fateantur, res gestae an-
tiquissimae & permanente habent memoriam tra-
ditionem. Nam & locis omnes inhabitant, que ne-
quaquam aeris corruptionis subiaceant: & multa
prudentiam habere, ut nihil horum que apud
eos agimur siue memoria relinqueretur: sed id

publicis cōscriptionibus semper à viris sapientissimis dicentur. Gracorū verò regionē innúmerae corruptiones inuaserē, rētū memoriā delētes. Qui autē nouas constituentes conuersationes, omnīū se primos esse credidere, sciant quia etiam serō & vix naturā potuere agnoscere literarum. Nam antiquissimū earū usus habuisse creduntur à Phoenicibus, & à Cadmo. Se didicisse gloriantur: Sed neq; illo tēpore poterit alius demonstrare seruatā conscriptionē, neq; in templis, neq; in publicis anathematibus: quando etiā de Traianū rebus, ubi tot annis militatū est, postea multa questio atq; contentio facta est: utrum literis usi sint: & magis veritas obtineat, quod usua modernarū literarū illis fuisse incognitus. Constat autē, quod apud Gracos nulla inuenitur conscriptio poēmate Homeri vetustior: & hūc etiā post bella Troiana fuisse manifestū est. Et aiunt, neq; hūc literis sunt poēma reliquissimum, sed canticis memoria reservatū, postea fuisse cōpositum, & propterea multā in eo competiri dissonantia. Qui autē historias apud eos conscribere tentavere, id est Cadmus Milesius, & Acusilanus, Arginus, & post hunc quicunq; alij fuisse referuntur, paululū tempus Persarū contra Gracos expeditiōne præcessere. Sed ex eos qui de cœlestibus ac diuinis primitiis apud Gracos sunt philosophati, id est, Pherecydē Syrinū, & Pithagorā, & Thales, omnes concorditer consentiunt. Argyptria-

nam & Chaldaorū fuisse discipulos: & breviter conscripsisse, quæ à Graci omnium antiquissima iudicantur, ita ut vix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo nō est irrationalabile, ut tali fastu turgeant Graci, tanquam soli sciant verita-
ter, & veritatē eorum exactè tradant: aut quis nō ab ipsis conscriptoribus facillimè discat, quod neq; firmius scientes, aliquid conscripsere, sed quod unusquisq; opinatus est, hoc studuit expla-
nare. Vnde etiā libris se innicē arguit, & valde contraria de rebus eisdē non piget eos dicere. Sed ego videbor me potioribus esse superfluus, si ex-
planare voluero, quantis quidē locis Hellanicus ab Acusilao de genealogijs discrepat, & in quā-
zis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum verò Timaeus, Ti-
maū qui post illum fuere, Herodotū verò curli
sed neq; de Siculis cū Antiochō & Philisto aut
Callia Timaeus concordare dignatus est: deque rursus de Atticis hi qui Attidias conscripserunt:
aut de Argolicis qui de Argu historiam protule-
re, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dice-
re de ciuitatibus brevibusq; rebus, quando de mi-
litia Persica & hu quæ in ea sunt gesta, tandem
viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis
autem etiam Thucydides tanquam fallax accusa-
tur, licet scrupulofissimā sui temporis historiam
conscriptisse videatur. Causa verò huius dissi-

nantia multa forsitan & alia querere volentibus
apparebunt. Ego vero duabus quis declurus sum
maxima huius vim diversitatis ascribo. Et qui-
dens primum dico eam que mihi propior esse vi-
detur: id est, eo quod ab initio non fuerit studium
apud Gracos, publicas de his quae semper agan-
tur preferre conscriptiones. Hoc etenim precipue
& errorum & potestatem mentiendi posteris,
vetus aliquid volentibus scriptitare, concessit.
Non enim solummodo apud alias Gracos publica
conscriptio est neglecta, sed neque apud ipsos Athe-
nios, quos terrigenas esse dicunt, disciplinaq;
cultores, aliquid huiusmodi repperitur. Sed publi-
carum literarum antiquissimas esse dicunt lo-
ges, que à Dracone eis de supplicijs sunt conscrip-
tas, modicum ante tempus tyrannidis Pisistrati.
De Arcadibus autem in antiquitate gloriantis-
bus, quid oportet dici? vix enim isti & postea
liberis eruditis sunt. Cum ergo conscriptio nulla
proponeretur, qua & discere volentes docere,
& mentiendes argueret, multa inter conscripto-
res discordia nata est: quoniam qui ad scriben-
dum se preparabant, non studium veritatis ex-
hibuerunt, licet hac promissio semper habeatur in
promptu: sed verborum magis habope prolationem
maximam. Et quemadmodum laudari se in
hoc super alios estimarent, ad hoc potius se-
mctipos apudibant. Aliqui vero ad fabulas sunt
conuersi: aliqui autem ad gratiam, aut simila-

ter laudantes aut reges : alijs semetipsoſ ad ac-
cufandas cauſas aut conſcriptores tradiſere :
in hoc ſe fore probabiles aſtimantes ; & omni-
no hoc agentes , quod historie nimis aduersum
eſt . Vera ſequidem historia iudicium eſt , ſi de
eisdem rebus oīnes eadem dicant atq; conſcri-
bant : hi verò cum quadam aliter conſcriberent
quām alijs , tunc ſe putabant omnium verociores
oſtendi . Quapropter cauſa quidē verborum &
calliditatis eorum , cedere nos Gracis oportet : non
autem de antiqua historia veritate , & maxime
de rebus proprie vniuersiuiſq; prouincia . Quo-
viā igitur apud Aegyptios & Babylonios , ex
longissimis oīm temporibus circa conſcriptiones
diligentia fuit , quando ſacerdotibus erat iniun-
ctum , & circa eas ipſi philofophabatur : Chal-
dei verò apud Babylonios : & quia pracipiè
Grecia immixti , viſi ſunt Phoenices literis , circa
diſpensationes vita , & publicorū operum tra-
ditionē , dum conſentiāt oīnes tacendū hoc puto .
De noſtris verò progenitoribus , qui eandē quam
pradičti habuerūt in conſcriptionibus ſollicitudi-
nem (d'efino dicere , etiam potiorem) pontificibus
& prophetis hoc imperanteſ : & quia vſq; ad no-
ſtra tēpora cū multa integritye ſervatū eſt , &
ſi oportet audientius dicere , etiam ſervabitur , co-
nabor breviter edocere . Non enim ſotūmodo ab
initio probatissimos viros , & in Dei placatione
præparatos , ad hanc exercenda conſtitueratos : ſed

quatenus etiam genus sacerdotum sine permissione purumq; consistenter, prouideret. Oportet enim eum qui sacerdotiu[m] habiturus est, ex eiusdem gentis nasci muliere: & neq; ad pecunias, neq; ad honores inspicere, & genus per antiquā lineam & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus nō solū in ipsa Iudea, sed ubiqueq; nostri generis constitutio reperitur, etiā ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotū: hoc est, in Aegypto & Babylonie, & quocunq; terrarū orbe quilibet de sacerdotū genere sunt dispersi. Mittūt enim in Hierosolymā conscribentes à patre nomine nuptae, & antiquorū progenitorū, quicunq; huīus rei testimonia præbuerē. Si autē bella proueniant, sicut iam crebro factū est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regi nem, & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue nostri gesta temporibus, tunc hi quis de sacerdotibus supersunt, ex antiquis litteris iterū nouas conficiunt, & probat mulieres, qua relinquuntur. Non enim ad captivas accedunt, alienigenarū consortia formidantes. Indicium verò integritatis hoc maximum est: quia pontifices apud nos à duabus milibus annis denominati filij à patre conscripti sunt. His autem qui predicti sunt, si quid prævaricetur, interdictur ne vel ad altare accedat, vel alia sanctificatione fungatur. Reclē siquidē, potius autē necessariè, cūm neq; conscribēdi potestas omnibus data,

data, neq; vlla sit in descriptione discordia: sed
 solummodo prophetis antiquissima quidem & re-
 terrima secundum inspirationem facta a Deo co-
 gnoscetibus, alia vero suorum temporum sicuti sunt
 facta palam conscribentibus, infiniti libri non
 sunt apud nos discordantes & sibi met repugnan-
 tes: sed solummodo duo & viginti libri habetes
 temporis totius conscriptionem: quorum iuste fides
 admittitur. Horum ergo quinq; quidem sunt Mo-
 seos, qui nativitates continent, & humana gene-
 rationis traditionem habent usq; ad eius mortem:
 hoc tempus de tribus milibus annis paululum mi-
 nus est. A morte vero Moseos usq; ad Artaxer-
 xem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, pro-
 pheta suorum temporum res gestas conscripserunt
 in tredecim librum. Reliqui vero quatuor, hym-
 nos in Deum, & vita humana precepta noscun-
 tur continere. Ab Artaxerxe vero usq; ad nostrum
 tempus singula quide conscripta, non tam priora
 simili fide sunt habita, eo quod non fuerit certa
 successio prophetarum. Palam namq; est ipsis ope-
 ribus quemadmodum nos proprijs literis credi-
 mus: tanto namq; seculo iam pratenito neq; adju-
 cere quicquam aliquis, nec auferre nec transfor-
 mare presumpsit. Omnibus enim insertum est vox
 ex prima generatione Iudeis, haec diuina dogma-
 ta nominare, & in his utiq; permanere: & pro-
 pterea, si oporteat, mori libenter. Iam itaque
 multi captiuorum frequenter tormentis affe-
 Eli

sent, & mortes variis in theatris sustinuere, ne
nullum verbū contra leges admitterent, aut con-
scriptiones auitas violarent. Quis Gracorū ali-
quid tali perpeccus est? quādo neq; fortuitam su-
stinere lesionē voluit: licet omnia apud eos scri-
pta destruantur. Verba enim hæc esse putant se-
cundū conscribentiōnē volūtates exposita. Et hoc
instē etiam de antiquis sapiunt, quoniā aliquos
unū quoq; vidēt præsumentes de his rebus con-
scribere, quibus neq; ipsi interfuerere, neq; credere
sciētibus acquiescunt. Deniq; de bello quod apud
uos contigit nuper, quidam historias conscriben-
tes ediderunt: cūm neq; ad ea loca venierint, neq;
in proximo rerum gestarum fuerint: sed ex au-
diū quadam pauca componentes, impudenter
semetipſos vidēntur historia nomine iactitare.
Ego verò & de omni bello, & quæ ibi particu-
lariter gesta sunt, veram descriptionem feci: cūm
ipſe rebus omnibus interfuerim. Dux etenim a-
pud nos Galileorū eram, donec fuit defendendā
facultas. Contigit autem ut caperer à Romanis:
& habentes me Vespasianus & Titus in custo-
dia, minera semper inspicere faciebant, primū
quidem vinculum, postea verò solutus cum Tito
ab Alexandria propter obſessionem Hierosoly-
morum directus sum. Es tempore nihil est gestū
quod meam potuisse latere notitiam. Nam vi-
dens Romanorū exercitum, uniuersa cū diligē-
cia deſcribebam. Et ea quæ nūc iabatur ab his
qui

qui semetipos tradebant, ego solus integrino intelligens disponebam. Deinde Roma tempus rationis habens, omni iam negocio preparatus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Graciam rerum eruditionem exhibui. Tantaque mihi securitas affuit veritatis, ut primos omnium imperatores belli Vespasianum & Titum testes non expauecerem. Primum namque illis obtuli libros, & post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuerunt plurimis vero nostrorum etiam eos renum dedi, qui Graecia eruditione videbantur imbuti, quorum est Iulius Archelaus, Herodes honestissimus, & ipse admirabilis rex Agrippa. Isti siquidem vniuersi testimonium pertinuerent, quod veritatem diligenter excolui: non dissimulaturi si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutassent, aut praetermissem. Quidam vero prout homines derogare mea historie sunt cognati: tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, & accusationis inspectate atque detractionis facientes opus: cum operat illud sciri, quod conuenit promitterem alijs verum veraciam traditionem, ipsum prius haec nosse certissime, aut rebus gestis adherendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego principiè circa virunque me credo fecisse opus Antiquitatis namq; libros (ficti dixi) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cu essem genere sacerdos & pars

participarem illarum sapientiā literarū. Historiam verò belli conscripsit, multarū quidē actionum ipse operator, plurimarum verò inspectos existens: & omnino eorum qua dicta vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui aduersum me nuntiuntur de veritate cōtendere? Qui licet imperatorū commentarios legisse dicuntur, nō tamē nostrorum repugnatiū rebus interfuerit. De his rebus itaq; necessariam seci digressionē significare volens facultatē eorū, qui historiā scribere promittit. Et sufficiēter, sicuti reor declaravi, quod conscriptio rerū apud Barbaros potius solēvit, quam apud Gracos est. Volo autē paululū prius disputare aduersus eos, qui cōtendunt nonellam esse nostram conversationē, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi dicitū sit à conscriptoribus Gracis: Deinde testimonia antiquitatis ex aliorū litteris exhibeo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare mōstrabo. Nos igitur neq; regionē maritimam habitamus, neq; mercimonij gaudemus, neq; per hoc alterutru peregrinationibus fatigamur. Sed nostra ciuitates procul à mari sitae sunt: regionemq; rberimam paſſidentes, in ea assidue laboramus, principue circa filiorū nutrimenta studētes, legumq; custodiā, & traditionem pietatis, totius opus vita necessarium indicamus. Cūm accedat igitur his que predicta sunt, etiam vivendi ratio propria

pria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret
 nobis commercium Gracorum: sicut Aegyptijs men-
 cimonia, qua ab eis exportantur, & ad eos rur-
 sus importantur: itemque habitatoribus Phoenicie
 maritima, studiis circa contractus, atque ne-
 gotia amore pecunia requisita. Sed neque circa la-
 trocinia sicut quidam alij vacuere, aut amplius
 habere concupiscentes patres nostri ad bella con-
 uersi sunt, licet regio nostra multa milia viro-
 rum fortium possideret. Phoenices ergo propter
 negotiationem ad Gracorum provinciam nauigan-
 tes, repente sunt agniti, & per illos Aegyptijs,
 & omnes a quibus ad Graecos onera deuehebat,
 immensa maria proscindentes. Mediò vero postea
 atque Persae palam in Asia regnauerunt, & usque
 ad alteram continentem Persae militauerunt: Tira-
 ces autem propter vicinitatem, & Scythe ab his
 qui Pontum nauigant, cogniti sunt: & omnino
 universi iuxta mare vel orientale vel hesperium
 habitantes, aliquid conscribere voluntibus co-
 gniti facti sunt. Qui vero superius habitabant,
 & procul a mari, multi sunt temporibus igno-
 rati. Es hoc apparet etiam circa Europam conti-
 gisse, quando de Romaniorum civitate tam longo
 tempore adepta potestatem, tantaque bella confi-
 ciente, neque Herodotus, neque Thucydides, nec ul-
 bus quis fuit cum istis fecit aliquam mentionem:
 sed sero eadem & vix ad Graecos posuit eorum
 venire notitia. De Galis enim & Hispanis sic
 igne

ignorauere hi, qui putatur diligentissimi conscrip-
tores, quorum est Ephorus, ut rurā civitatem esse
arbitrarentur Iberos, qui dant à parte occiden-
talis terrae noscuntur inhabitare. Et mores eorum,
qui neq; sunt apud eos, neq; dicuntur, referunt.
Causa vero ignorantia veritatis est, quod procul
abessent: ut autē falsa cōsidererent, quod vellent
videri aliquid amplius quam alijs retulisse. Qua-
modo ergo mirari decet, si neq; nostra gens plu-
rimis erat nota, neq; adscribendū de se aliquam
dedit occasione, & ita diffita procul à mari, &
zahlbus institutus vivens? Pone igitur vos argu-
mento ut velle Grecorū, quod non sit genus co-
rum antiquū, eo quod nihil in nostris volumini-
bus de eis sit dictum: nōnne omnino deridebuit
causas huiusmodi à me prolatas, & testes vici-
nae regionis adducent antiquitatis suæ? Igitur &
ego hoc conabor efficere. Aegyptijs enim &
Phoenicibus pricipue testimoniis utar, cum nulius
eorū potuerit tanquam falsum accusare testimoniū.
Et videntur maximè erga vos int̄iqui in
comuni quidē omnes Aegyptijs, Phoenicum vero
Tigrū. De Chardais autē nequaquam hoc dicere
potero, quoniam & gentes nostri principes conq-
uiti sunt, & propter cognationem in conscrip-
tionibus suis menimere Iudaorū. Cū vero fidem
de his praetulero, & blasphemias falsas offendeo-
ro, tuic etiā Cracorū conscriptores memorabo,
qui Iudaorū fecere mentionē, ut neq; huiusmodi

occasio relinquatur in iudicis nobis facienda con-
ventionis. Inchoabo autem primū à litteris Aegyptiorum, quas nō arbitrantur commendare qua
nostra sunt. Manethon itaque genere vir Aegy-
ptius, Graeca disciplina eruditus, sicuti palam est
(scripsit enim sermone Graeco) paterna religio-
nis historiā ex sacris (sicuti ait ipse) interpretar-
tus libris, frequenter arguit Herodotum, in Ae-
gyptiacis ignoratione mentium. Is Manethon in
secundo Aegyptiacorum hac de nobis scripsit.
Ponam vero etiam verba eius, tanquam illum
ipsum adducens testem. Fuit nobis rex Timaser
nomine, sub hoc nefcio quomodo Deus iratus
fuit, & preter seū ex partibus orientalibus
homines, genere ignobiles, adepta fiducia in pro-
vincia castrametati sunt. Et faciliē ac sine bello
eam potenterq; ceperunt: & principes eius alli-
gantes, de cetero civitates crudeliter incēdere,
& deorum tempora ruere. Erga omnes vero
provinciales inimicissimè se gesserunt, alios qui-
dem perimentes, aliorum vero & filios & con-
iuges in servitatem redigentes: nouissime vero
& unum ex se fecere regē, cui nomine Saltis. Hit
in Memphide veniens, superiore inferioreq; pro-
vincia tributaria facta: praefidia relinquens op-
portunitus locis, maximè partes munivit orienta-
les, prospiciens quod Assyrī aliquanto poten-
tiores, erat desiderari regnum eius innadere. In-
veniens autem in prefectura Saite ciuitatem.

oppor-

opportunissimā, posuitam ad orientē Bubastis fū
 minus, quae appellabatur à quadā antiqua theo-
 logia Avaris, hanc fabricatus est, & mūrū mar-
 xiniū cōmuniuit, collocans ibi multitudinem ar-
 matorū, vsq; ad ducenta quadraginta milia vi-
 vorū eam custodientium. Hic autē messis tēpore
 veniebat, tam ut frumenta meteret, & mercedes
 exoluerebat, quā ut armatos ad terrorē extraneo-
 rū diligēter exercitaret. Qui cūm regnasset decē
 nouē annis, vita priuatus est. Post hunc autē re-
 gnauit alter quatuor & quadraginta annis,
 Baon nomine. Post quēm aliis Apachus, sex
 & triginta annis, & mensib⁹ septem. Deinde
 Apochus, vñ & sexaginta & Ianias quinqua-
 ginta, & mense uno. Post omnes autē Assis no-
 uem & quadraginta, & mēsib⁹ duobus. Et isti
 quidē sex apud eos fuere primi reges, debellan-
 tes semper, & maxime Aegypti radicē ampu-
 tare cupiētes. Vocabatur autē gens eorū Hycos, a
 hoc est reges pastores. Hyc enim secundum sa-
 cram lingua, regē significat: Sos verā pastorem
 sine pastores, secundum communē dīalectūm: &
 ita cōpositum inuenitur Hycos: quidā verò di-
 cunt eos Arabas esse. In alijs autē exemplaribus
 nō reges significari cōp̄ri per appellationē Hyc,
 sed ē diverso captiuos declarari pastores. Hyc
 enim Aegyptiaca lingua, & hac quando denso
 sono profertur, captiuos aperiē significat: & hoc
 potius verisimile multi videtur, & historie an-
 que

lique convenies. Hos ergo quos prædictissimæ reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obtinuisse Aegyptum ait annis undecim & quingentis. Post hec autem regum Thebaicis & Aegypti reliqua facta dicit super pastores inuasionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub rege vero cui nomen erat Alia fragmuthosis, vicitos dicit pastores. & diu quidem minorem Aegyptum perdidisse: inclusos autem in locum habetem mensuram iugerum decim multum, cui loco nomen est Amarus. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundedisse pastores, quatuor & omnem possessionem manitam haberet: simus! & predans suam. Filium vero Aliafragmuthoseos Themos in conatus eos vi expugnare, cum quadringentis octoginta milibus armatorum eorum muros obsecdisse. Cum vero obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum relinquentes, quo vellent innoxij omnes abirent. Illos vero his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta millia numero, ex Aegypto per desertum in Syrian iter egisse: & metuentes Assyriorum potentiā (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra que nunc Iudea vocatur, ciuitatem adificasse, quæ tot miles hominum sufficere posset, sicutq; Hierosolymam vocitasse. In alio vero quodam libro Aegyptiacorum Manethon hanc ipsam gen-

sem, id est, qui vocabantur pastores, in sacris
 suorum libris captiuos ascriptos rectissime duxit.
 Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos
 erat: ex pascualem habentes vitam, vocabantur
 ita pastores. Sed ex captiui non temere ab Aegy-
 ptis dicti sunt: quoniā progenitor noster Ioseph
 dixit ad regem Aegyptiorum, se esse captiuū: ex
 fratribus in Aegyptū posterius evocauit, rege pre-
 sidente. Sed de his quidem in alijs examinatio-
 nem subtilius faciemus. Nunc autem huius anti-
 quitatis producam testes Aegyptios, rursumque
 quomodo se habent verba Manethonis circa or-
 dinem temporum aperiè describam: sic enim ait:
 Postquam egressus est ex Aegypto populus pa-
 storum Hierosolymam, expulsor eoru rex The-
 -mosis regnauit post hac annis vigintiquinq; ex
 mensibus quatuor, ex defunctis est. Assumpie
 regnum filius Chebron annis tredecim. Post quem
 Amenophis viginti ex mensibus septem, huius
 autem seror Amesses annis vigintiuno, ex men-
 sisbus nouem. Mephres autem duodecim, ex men-
 sisbus nouem. Mephramuthosis, vigintiquinq;, ex
 mensibus decē. Tlmothis autem nouem, ex men-
 sisbus octo. Amenophis vero triginta, ex mensibus
 decē. Orus vero triginta sex, ex mensibus quinq;
 Huius autē sitia Aencheres, duodecim, ex men-
 sisbus uno. Rathotis vero frater nouem, Aencheres
 autem duodecim, mensibus quinq;. Aencheres al-
 ter duodecim, ex mensibus tribus. Armais vero
 quatuor.

quatuor, & mense uno. Armesis autem uno, &
 mensibus quatuor. Armesesmiamum vero sexaginta
 sex, & mensibus duobus. Amenophis non
 undecim, & mensibus sex. Sethosis autem eque-
 stres & nauales copias habens, fratrem quidem
 Armais procuratorem Aegypti constituit, &
 omnem ei aliam regalem potestate, tan-
 tummodo autem diademate uti prohibuit, & ne
 reginam matrem liberorum oppimeret imperauit,
 & ut abstineret etiam ab alijs regalibus concubinis.
 Ipse vero ad Cyprum & Phoenicem, & tur-
 fus contra Assyrulos atque Medos castramatus,
 uniuersos quidecim, alios ferro, alios sine bello ter-
 tore magna virtutis sibi met subiugavit. hic ve-
 ro felicitatibus elevatus confidentius incedebat,
 orientales urbes ac provincias subuertendo, mul-
 totij; tempore procedente Armais, qui in Aegy-
 pto fuerat d. relictus, omnia contra quam frater
 agere monuerat, sine timore faciebat. Nam &
 reginam violenter abiecit, & alijs concubinis si-
 ne parcitate iugiter miscebatur: persuasusq; ab
 amicis & diademate utebatur, & fratri rebel-
 labat. Is vero qui constitutus erat super sacra
 Aegyptia codicillos Sethosi misit, cuncta signifi-
 cans, & quia rebellaret ei suis frater Armais:
 Qui repente ad Pelusium deuinauit, & propriis
 servit regnum. Provincia vero vocata est ex eius
 nomine Aegyptus. Dicit enim quod Sethosis
 Aegyptus vocabatur, Armais autem frater eius

Danaus. Hac quidē Manethon. Palam verū est
ex predictis annis tēpore cōputato, quod qui vo-
cabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex
Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque
trecentos annos hanc prouinciam iubitanere,
quam Danaus ad Argos accederet: licet hūc an-
tiquissimum Argui cōfidant. Ducas igitur
res Manethon maximas pro nobis Aegyptiū li-
teris protestatus est primam quidē, quia aliunde
venerunt ad Aegyptum: dein egressum eorum
exinde, ita temporibus antiquissimum, ut penē
mille annis bellum praecebat Iliacū. Ea verò qua
Manethon non ex Aegyptiū literis, sed (sicut ipse
confessus est) ex fabulis quorundam sine nomi-
ne, absedit, postea particulariter redarguā, osten-
dens ea fone verisimilitudine esse mendacia. Sed
volo ab istis rursus migrare ad ea, que apud
Phoenicas de nostro genere conscripta sunt, &
eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud
Tyrios multarū annorū publica litera, & con-
scriptiones diligentissime custoditæ, ex his qua
apud eos facta & unicem gesta noscuntur, que
tamen memoria digna sunt. Inter haec ergo con-
scriptum est, quia in Hierosolymis adificatiū est
templū à Salomone rege, ante annos centū qua-
draginta tres, & menses octo, quam Tyriū Car-
thaginem cōdidere. Descripta verò est apud illos
constrūctio tēpli nostri. i. Hiramus enim Tyriorū
rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternis
amicis

amicitūs ei dominus. Is ergo misericordia suam exhibens ad claritatem fabricat; prabuit Salomonis auri quidem viginti et centū talenta: incidentesque pulcherrimam sylvam in monte, qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinavit ei. Quem redonauit Salomon et alijs multis rebus, et terra Galilee regionis, que Zabulon vocatur. Præcipue autem ei amicitiam sapientiae concupiscentia conciliauit. Problemata enim soluenda alterutris dirigebant, et melior in his Salomon erat, et in alijs sapientior apparebat. Hac tenuis vero seruantur apud Tyrios epistola multa, quas illi scripsere ad itinere. Quod autem non singula de Tyrionis literis, testem producā Diū quod in Phoenicum historiam integrissimum approbatus est. Is igitur in Phoenicis historijs hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiram regnauit. His partis orientalis civitates ampliavit, urbem posteriorē fecit: et Olympij Iouis templū, quod in insula situm erat, iactis aggeribus urbe adiunxit, et autem anathematibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidentes ad templorum edificationē. Regem vero Hierosolymorum Salomonē mississe dicunt ad Hiram quendam enigmata, et poposcisse ab eo, adiecto re qui non posset discernere, pecuniā soluenti perfolueret: confessumque Hiram, non se posse solvere propositas questiones multis pecunys multatum. Deinde Abdemonum quendam, virum,

Tyriam, propositas soluisse questio[n]es : ipsu[m]q[ue]
alias proposuisse, quas si non solveret Salomon,
multas rursum pecunias Hiramo regi conferret.

Dius igitur hoc modo de predicto testimonio
perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menan-
drum quoq[ue] Ephesium. Is enim singulorum re-
gum auctus cōscripsit apud Gracos & Barbaros,
studens ex provincialibus vniuersitatisq[ue] loci lite-
ris, historiæ veritatem pandere. Scribens enim de
his qui in Tyro regnauere, & deinde veniens ad
Hiramum regem, sic ait: Moriente vero Abiba-
lo, successit in eius regno filius eius Hiramus,
qui vixit annis trigintaquatuor. Hic aggere com-
p[ar]iuit Eurychorum, aureamq[ue] ibi columnam Iouis
in templo reposuit: & ad sylvam lignorum profe-
ctus, abscondit de monte qui Libanus appellatur,
ligna cedrina ad tegmina facienda templorum.
Demolitusq[ue] antiqua delubra, nova templa edi-
ficauit. Herculisq[ue] & Astartes fana dedicauit,
Herculis primum exstructo manse Peritio, deinceps
de Astartes: quando castra mouit aduersus Ti-
tyos, minime tributa reddentes: quos etiam sub-
dens sibimet, denuo remeanit. Sub hoc fuit Abr-
demonus puer iuuenit, qui semper parabolæ sol-
lebat, quas Salomon Hierosolymorū rex desti-
nabat. Supputatur vero tēpus ab hoc rege usque
ad constructionem Carthaginis, hoc modo: Mo-
riente Hiramo successit in eius regno Beleastar-
tus filius, qui cū vixisset annis quadraginta tri-
bus,

bus, septem regnauit annis. Post hunc Abdastar
 tus filius cum vixisset annis triginti, regnauit
 nonem. Hunc filij matris eius quatuor infideli
 peremere: quorum senior regnauit annos X I I.
 Post quos Astartus filius Beleastarti regnauit.
 Qui cum vixisset annis quadraginta quatuor, re
 gnatuit annis duodecim. Post hunc frater eius
 Astarimus: ex hoc vixit annis quatuor et quin-
 quaginta regnauit annis novem et peremptus
 est a fratre Phellete: qui successio regnum, men-
 sibus imperavit octo, cum vixisset annis quinqua-
 ginta. Hunc peremit Ithobalus Astarta sacer-
 dos: qui cum vixisset annis sexaginta octo, re-
 gnatuit annis trigintaduobus. Hunc successit Ba-
 derorus filius: qui cum vixisset annis X L V.
 regnauit sex. Hunc successor factus est Metti-
 mus filius: qui cum vixisset trigintaduobus, no-
 nem regnauit annis. Hunc successor fuit Pygma-
 lion, quo annos egit in sua vita quinquaginta-
 sex, ex quibus X L tenuit principatum, huius re-
 gni anno septimo, soror Dido in Africa civitatens
 adilicans Carthaginem. Iaq; colligitur tempus de
 regno Hiram i usq; ad aedificationem Carthagi-
 nei, annos C L V. ex mensis V I I I. Cum ve-
 rò duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis
 aedificatus fit templum, fit ab aedificatione templi
 usq; ad constructionem Carthaginis tempus annos
 C X I I I. mensis VIII. Testimonio signide Phae-
 nio quid amplius spores apponit? Convenit ipsa-

meritas fortiter approbata: et multo clarius apparet, quoniam precedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad provinciam hanc aduenus. Cum enim eara universam bello tenuissente, cum denū templū adificare cupere: et hæc aperte ex literis sacris etiā à me in antiquitate manifestata sunt. Nunc itaque sunt dicenda ea, que apud Chaldaeos nascuntur esse conscripta, & de nobis in historiâ sunt relata. Quæ multæ habent concordia cum nostris voluntatibus, etiā de alijs rebus. Testis autē horum est Berosus, vir genere quidem Chaldeus, notus autem eis, qui doctrina eruditioniq; congaudent: quoniam de astronoma & de Chaldaeorum philosophia ipse Graecas conscriptiones edidit. Igitur Berosus antiquissimas secundus historias, de facto diluvio, & hominum in ea corruptione, sicuti Moses, ita conscripsisse simul & de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, denuo & felicet ea in summitatim montium Armeniorum. Deinde scribēs eos qui ex Noe progeniti sunt, & tempus eorū adiiciens, usq; ad Nabulassarū peruenit, Babyloniorū & Chaldaeorū regē. Et huius actiones expanēs, narrat: quē admodū misit in Aegyptū & ad iugrā terram filiū suū Nabuchodonosorē cum multa potentia: qui dum rebellantes eos invenerisset, omnes suo subiecit imperio: & templū in Hierosolymis concremavit: cunctumq; generis nostri populum deferens, migrans in Babylonem. Vnde ciuitatem

tum contigit desolari annis LXX. usq; ad Cyri regem Persarum. Dicit autem quod denuerit Babylonius Aegyptum, Syriam, Phoeniciam, Arabiā, viuiscos priores Chaldaeorum & Babylōniorum reges exactionibus suis excellens. Ipsa verò verba, que Berossus protulit, hoc modo dicta, necessario profecenda sunt. Andato autem pater eius Nabulassarus, quid satrapa constitutus in Aegypto & Syria inferiore & Phoenicia rebellaret, cum non valeret iam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori atate valenti partim quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem, cum satrapa desertore congressus, provinciam que ab initio eorum fuerat, ad proprium revocavit imperium. Eadem verò tempore, contigit patrem eius Nabulassarum, cum egrotasset, in Babyloniam ciuitate defungi, qui regnauit annis XXI. Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Aegyptiaca disponens, reliquarumq; provinciarum, & capiendos Iudeorum & Phoenicum atque Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendans quibusdam amicū, ut cum exercitu & impedimentis perducerentur ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit: reperiensq; cuncta à Chaldeis dispensari seruatumq; regnum ab optimatibus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captiuus

ss s quid

quidc aduenientibus praecepit habitacula in opus
portunissimis Babylonia locis edificare : ipse ve-
rò ex manubus templi Beli, ac reliqua munificè-
tissime excoluit : Et veteri urbi alteram extrin-
secus. Et promiso ne posthac possent hostes flu-
uiū conuertere, & ad urbē accedere, tres interio-
ri cūtiati per circuitū muros, totidē exteriori,
hos coēto latere, illos addito etiā bitumine, circu-
dedit : tum sic cōtinuae portas que vel templū
deceant, addidit. Ad hoc iuxta paternā regiam,
alterā sumptuosior ē multo amplioremq; exstru-
xit, cuius ornatum exponere fortasse longius esset:
illud memoratu dignū, quod hac adeo superba sit
praq; fidem magnifica, quindecim dierum spatio
perfecta est. In ea lapidea moles excelsas exci-
sauit, aspectu montibus assimiles, omniq; genere
aborū confitas. Hortū quoq; penitilem fecit fa-
ma nobilis: eo quod vxor eius montanū prospex-
erū desideraret, in Medorū regione educata. Hac
itaq; retulit de producto rege, & multa super hac
in libro Chaldaeorum: in quo culpas conscripto-
res Græcos, quasi vanè arbitratas, à Semiramis
de Assyria Babylonem edificatam, & mira ope-
ra ab illa circa eam fuisse constructa, false con-
scriptissime dicens. Ipsam certè Chaldaorum con-
scriptionem fide dignam existimandū est, quan-
do cum archius Phœnicum concordare viden-
tur, qua ex Berofo conscripta sunt de rege Baby-
loniorum: quoniam & Syriam & universam

Phœn.

Phoenicen ille subuertit. In his sanè consonat &
 Philostratus in historijs, dum Tyrus meminit ob-
 fidionis: & Megasthenes in quarto Indicorum:
 ubi declarare coēdit, predictū regē Babylonio-
 rū Hercule fortitudine & rerū gestarū magni-
 tudine praecessisse. Dicit enim eū & maximam
 Africa partē, & Hispaniā subiungasse. Qua ve-
 rō de tēplo Hierosolymorū relata sunt, & concre-
 matū esse à Babylonij, & cceptum rursus edifi-
 cari Cyro tenente Asia principatum, ex dictis
 Berossi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit.
 Nabuchodonosor itaq; posteaquā inchoauit p̄a-
 dictū murū, incides ne banguore, de vita migran-
 sit, cum regnasset annis tribus & quadraginta.
 Huius regni dominus effectus filius eius Ene-
 maradochus, propter iniurias & libidines
 possus insidias à maroto sororis sua Nirigliso-
 rore perēptas est, cum duobus regnasset annis.
 Quo defuncto sumens regnum qui ei fecit insidiae
 Niriglissoro, annis regnauit quatuor. Huius fi-
 lius Laborosardochus, principatiū quidem tenuit,
 p̄net existens mensibus nouē i insidias verò pas-
 sus, eo quod nimiris appareret malorū esse moris,
 ab amicis extinctus est. Hoc itaq; perempto, con-
 uenientes hi qui fecerant insidias, cōmuni suffra-
 gio regnum tradidere Nabonido cuiusdam, qui erat ex
 Babylone ex eadē gente. Sub hoc muri circa flu-
 num Babylonie cīvitati ex latere coēto & bi-
 tumine sunt constructi. Chius regni anno septi-
 modec

modicimo egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, universa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbē. Scrutiens autem Nabonidus invasioneum eius ex occurrens cum exercitu suo, atq; congressus pugna, victus ex cum paucis fugatis inclusus est in Borsippum cinctum. Cyrus autem Babyloniam obsidens. ex deliberans exteriore muros depovere ceditatis, eo quod nō nisi videretur mutari. ex effet ad capiendum valde difficultus, renerfus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido verò oppugnationem nō expectante, sed prius supplicante, usque clementia Cyrus, ex dāne ei habitaculum in Caramania expulit eum à Babylone. Nabonidus itaq; reliquum vitā tempua in illa provincia conservatus est. Hac concordant cū nostris. Scriptum nanque in eis est: quod Nabuchodonosor octauodécimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem usq; perduxit, et fuit exterminatum annis septē. Secundo verò anno regni Cyri fundamentis depositis, rursum secundo regni Darii anno perfectum est. His prolatis, adiçiam etiā Phoenicum histias: non enim prolationum abundantia relinqua est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: Sub rege Ithobalo Nabuchodonosor obsecrit Tyrum annis tribus ex decem. Post hanc regnauit Baal annis decem, Post hanc iudices constituti sunt, ex indicarebi. Esmibulus Basilechi, mensibus duobus: Chel-

bio

bis Abdei, mensibus decem: Abbamus pentages
mensibus tribus, Myttonus & Gerasius Abdili-
mi, iudices annis sex: inter quos regnauit Balato-
rus anno uno quo moriente: mirtentes euocauere
Merbalum ex Babylone, & quatuor regnauit
anno. Eo quoq; moriente, euocanere fratrem eius
Iromum, qui regnauit annis viginti. Sub hoc Sy-
rus Persarum habuit imperium. Quapropter a-
mne tempus est annorum quinquaginta quatuor:
& mensium trium. Septimo siquidem anno re-
gni sui Nabuchodonosor cepit ob fidere Tyrum,
Quartodecimo autem anno regis Iromi, Cyrus
Persarum tenuit principatum. Consonant igitur
qua de templo scripta sunt à Chaldais ac Tyru, &
cum literis nostris, Manifestum verò & sine con-
tentione testimonium est, de predicta generu no-
stru antiquitate. Et his quidē qui non valde con-
sendunt, sufficere iudico qua præmissa sunt. Opor-
ret autē non credentibus Barbaricus conscriptio-
nibus, sed solus Gracis fidem habendam esse dicens
tibus, adhuc multos exhibere testes, etiā Gra-
cos, scientes nostrū genas & opportune tempore
eius habentes mentionem. Pythagoras igitur Sa-
minus, cùm sit antiquus quidem aetate, sapientia
verò & diuina pietate philosophos omnes excel-
lans, non solum qua nostra sunt agnouisse mani-
festus est, sed etiam amulatus ea ex multis appa-
ret. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur:
multi tamen de eo retulere: quorum insignior est

Hes

Hermippus, vir circa omnē historiam diligenterissimus indagator. Refert itaq; in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras uno familiarissimo defuncto, nomine Calliphonte genere Crotoneate, illius animā dicebat secū degere die noctuq;: & quod praecepit, ut nō transiret locū, ubi astinus lapsus esset, & ab aqua feculenta semetipsum abstineret, & ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur. Hac autē agebat atq; dicebat, Iudaorū et Thracū opiniones imitatus, ac transferēs in semetipsum. Dicitur enim verè, quod ille vir multas Iudaorū leges in suā transfūlit philosophiā. Fuit autē etiā per ciuitates nō ignota olim gens nostra: & multi iqm mores ad quasdam transierunt, & amulatio digna non nullus habebat. Quod manifestat Theophrastus in his que scripsit de legib. Ait enim, quia prohibent Tyrorum leges & peregrino sacramento iurare. Inter qua sacramēta cum quibusdā alijs etiā iurandum, quod Corban appellatur, evumerat, apud nullos autē hoc innenitum iuramentum, nisi apud Iudeos solos: quod niterpretatur ex Hebraica lingua, donū Dei. Verū neq; Herodotus Halicarnassens nostrā ignorauit gentem, sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De Colchis enim referens, in secundo libro sic dicit: Soli autem inter omnes Colchi, & Aegyptij, & Aethiopes, verenda ab initio circumcidunt. Phœnices verò, & Syri in Palastina confitentur hoc
ab

rib: Aegyptijs didicisse. Syri autē qui circa Thermadontem & Parthenium flumum commorantur, & his vicini Macrones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hincq; sunt inter homines soli, qui circumciduntur: & isti sicut Aegyptijs facere dicuntur. De Aegyptijs autem & Aethiopibus dicere non possum, utri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros, qui in Palestina sunt circumcidā. Omnia autem qui habitant Palestinam, soli Iudei circumciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin & Chaerilus, antiquus poëta, meminit de gente nostra, dicens quod militauerū nostri maiores cum Xerxe Persarum rege contra Gracos: & enumerans universas gentes, nūissimam nostram posuit, ita dicens:

Huius miranda specie gens castra fecerat,
Phoenissam ignoto linguam mittebat ab ore.
Sedes hinc Solymi mōacs, stagnū prope vastū.
Tonsa caput circum, squalenti vertice equinū.
Exuiri capitū durata igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eo quod & Solymi montes in nostra regione sunt cōstituti, in quibus habitamus, et stagnum, quod dicitur Asphaltites: hoc enim inter omnes stagnum in Syria latius ac maius est. Et Chaerilus quidē ita nostri meminit: Quod autē non solū sciebat Indaos, sed etiā in quoque insiderent admirabantur, nō ē vulgo Graci sed ob sapientiā celebres, ostendere facile est. Clearchus enim

enim Aristotelis discipulus, ex Peripateticorum
nulli secundus, in primo lib. de somno, dicit Aristotelem doctorem suū de quodam viro Iudeo ita
referre: Et ipsi Aristoteli eundem sermonē scri-
bit, quod ita conscriptū est. Sed alia quidem lo-
gum est dicere. Que vero habere potuerant illius
admirationem quandā atq; philosophiā, ea duco
operas pretium referre. Et Hyperochides: vehemen-
ter, inquit, audire desideramus vniuersi. Igitur
secundum praecepta, Aristoteles inquit rhetorica,
eius genus primo indicabimus, ne reluctanter do-
ctoribus praeceptorum. Dic, inquit Hyperochides,
ita si placet. Tum ille: Genere igitur Iudeus erat
ē Calesiria: qui sunt ex propagine Philosopho-
rum Indorum, vocanturq; (ut auunt) philosophi,
apud Indos Calani, apud Syros autem Iudei no-
men accipientes à loco: locus enim ubi habitant,
appellatae Iudea: nomine vero eorum civitatis val-
de difficile est: vocant enim eam nomine Hiero-
salem. Is igitur homo multos hospitio recipiens,
et de superioribus ad maritima descendens, gra-
uissimus erat non solum eloquio, sed etiam ani-
mo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam, cum di-
minus homo renisset ad ea loca, confabulari capie-
nobiscum, et cū alijs scholasticis eorum sapienti-
am tentans, cumq; multi eruditorum congrega-
retur, tradet ac potius aliquid eorum quae habebat
Hec ait Aristoteles apud Clearchum, et super
has multā ac mirabilē continentiam Iudas viri in
cibis

E T T R T.

cōm cōfūtātē narrat. Licet autem volētib⁹
bac ex ipsius lectione cognoscere: ego enim refi-
gio plus quam decet inserere. Clearchus igitur
facta digressione, cūm alind propositū haberet,
noſtri generis ita meminuit. Hecatetus autem Ad-
dērita, vir philosophus ſimil. & circa actiones
indūſtrio, cū Alexandro rego nutritus, & cum
Ptolemaeo Lagi commoratus, non obiter, ſed inte-
grum de iphis Indeis conſcripsit librū. Ex quo vo-
lo breuiter quādam eorum. que ab eo ſunt dicta
percurrere. Sed priuitus tempus oſtendam: memi-
nit enim pralij, quo circa Gazam Ptolemaea co-
ſuixit cū Demetrio, quod utiq; contigit undeſ-
mo quidē anno poſt mortē Alexandri, Olympia-
de verò ſeptima & decima atq; centefima, ſicutā
refert Eafṭor: adiiciens eum hanc Olympiadēm,
dicit: Sub hac Ptolemaeuſ Lagi vicit Gazam
prallo. Demetrium Antigoni, qui vocabatur Po-
liorcetes. Alexandrum verò proſtentur uiuersi
centefima & quartadecima Olympiade fuſſe
defunctum. Palam erga eſt, quia & ſecundum
illud tempus, & ſub Alexandro genuſ florebat
noſtrum. Dicit igitur Hecatetus, quia poſt pre-
lium ad Gazam, Ptolemaeuſ locorum que ſunt
circa Syriam dominus eſt effeſtus. Et multi ho-
minum cognoſentes manſtuſiudinē & clemen-
tiā Ptolemai, cū eo proficiſci ad Aegyptū, & re-
bus cōmunicare valuere. Quorum unus, inquit
Oras Exochias pontifex Indeorum: homo atate

quidē quasi sexaginta & sex annorū, dignitas
vero apud contribules maximus, & animo sa-
pientissimus, potentissimus ad dicendū, & circa
causas sicut nullus alter expertus. Dicit etiam
omnes sacerdotes Indiaorum qui decimas acci-
piant, & uniuersa in communione gubernant, circa
mille & quingentos existere. Rursum autem pra-
dicti viri faciens mentionem: Hic, inquit, homo
hunc honore gerens, & assuetus esse nobiscum,
assumens aliquos suorū, differentiā cunctā expo-
suit: & habitationē suā & conuersationē, quam
scriptā habebat, pariter indicauit. Deinde palam
facit Hecatēm, quales circa leges existimūs:
& quia omnia sustinere, ne transcendamus
eas, eligimus: & hoc esse optimum iudicamus.
Dicit igitur hēc: Et male sapimus à finitimiis au-
diētes, & omnes contumelias passi à Persicis
regibus & satrapis, non possunt mente mustari.
Sed cum magna exercitatione, de his praecipue
omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem
etiam indicia fortis animi circa leges non parua,
dicens, Alexandro quondam in Babylone constitu-
so, & volente Beli templum quod corruerat re-
monare, cunctisq; militibus similiter rudera por-
tare praeципiente, solos Iudeos hoc facere non
sustinuisse: sed etiā multas plagas, & detrimen-
ta pertulisse non modica, donec ei ignoscente re-
ge securius praberetur. Qui dum ad proni-
giani, inquit, propriam reuersi fuissent, tēpla &
alta

 solari, quod Apion expauit. Qui tamē si solēni-
 tates Aegyptiorū sequerentur, mundus desertus
 quidē esset hominibus, ferocissimis autem bestiis
 impleretur: quas isti indicātes Deos, diligenter
 enutriunt, quod si quis eū cōfuleret, quos putaret
 omnium Aegyptiorū esse sapientes atq; deicos, sa-
 cerdotes sine dubio fateretur. Hac enim duo di-
 cūt sibimet ab initio à regibus esse praecepta, ut
 Deos colāt, & sapientiā diligāt: quod illi facere
 pricipue indicātur: qui tamē & circumciduntur
 omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neq;
 nullus alter Aegyptiorū cōsiderat eis diis sacrificare do-
 gnoscitur. Cucus igitur fuit Apion quando pro
 Aegyptiis nostris detractiones cōponēt, illos vi-
 detur potius accusare, qui non solū vivuntur solen-
 nitatibus, quas in nobis culpat iste: sed etiā alios
 circumcidit docēt, sicuti dixit Herodotus. Vnde re-
 stet mihi videtur Apion, propter patriæ sue leges
 pueras dedisse blasphemiam. Etenim necessario cir-
 cūciso, circa genitalia vulnera ei facta nihil pro-
 fuerūt, & putrefactis in magnis doloribus expi-
 rauit. Oportet enim bene sapientes in legibus pro-
 priis circa pietatē integrē permanere, & aliorū
 minimē carpere. Iste verò suas quidē leges effu-
 git.

git, de nostris vero membris est. Hic itaq; terminus vita fuit Apionis. Sed & noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam vero & Apollonius Molon, & Lysimachus, & aliij quidam, tam per ignorantiam quam per insaniam de legislatore nostro Mose, & legibus verba protulere, nec iusta nea vera: dum illi quidem velut mago atq; fallaci derogant, leges autem malitiae apud nos nulliusq; viriuti affirmat esse doctrices, volo breviter & de omni conuersatione nostra, & de particulari (sic cui potero) proferre sermonem. Reor enim fore manifestum, quia & ad pietatem & ad coniunctum universalemq; humanitatem, insuper ad iustitiam laborumq; tolerantiem, & ad contemptum mortis optimas leges positas habemamus. Rogo tamen lectulos, ut non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum, sed aduersus eos, qui nos plurimum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continet, sicut Apio, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquando quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando vero formidinem nobis improprietat: & è diuerso, rursus aliquando de audacia gentis nostre queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris, & propterea nullum inuentum nos solos vita utile reperisse. Hac autem omnia manifeste redarguntur, dum universa contra quae ab eo sunt dicta, monstratur, & legibus imperata.

Et a nobis cum omni integritate gesta. Si vero
 coactus fuero facere mentionem legum contrariarum
 apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui no-
 stras solennitates tanquam peiores cum aliorum confe-
 runt. Quibus neutrū puto remanere quod dicant:
 neq; quia non eas habeamus leges, quarum ego ca-
 pita et summas ad redarguendū posituras sum:
 neq; quia non pricipue in legibus proprijs perdu-
 ramus. Paulo ergo altius exorsus, volo primū di-
 cere, quod eis qui sine lege et ordine viuunt, hi
 qui ordinis et communium legum amatores extiterunt,
 et primi hoc inchoauerunt, recte mansuetudine
 atque virtute prestare dicendi sunt. Deniq; conatur
 singuli eorum gesta sua ad antiquitatē referre, ut
 non imitatores aliorū videantur existere, sed ipsi
 potius alijs legitimè viuedi duces fuisse. His igi-
 tur hunc in modū se habētibus, virtus legislato-
 ris est meliora considerare: et his qui usuri sunt
 legib. quas posuerit, satisfacere, quia rectae sunt.
 Populi vero est, ut in omnibus, quae constituta
 sunt, perduret: et neq; felicitate procedete, neq;
 calamitatibus aliquid horū immutet. Dico igi-
 tur nostrū legislatorem, quo slibet qui memoran-
 tur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus
 enim et Solon, et Zaleucus Locris, et omnes
 qui apud Gracos mirabiles sunt, novelli atque
 recentes, quantum ad illum cōparati, esse noscuntur:
 quando nec ipsum nomen legis olim apud
 Gracos agnosciatur. Testis Homerus est, qui nus-
 quam

quam in opere suo hoc usus est nomine: Nō enim secundū legē, sed indefinitis sententiis, & regum praeceptionibus, populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permandere, tantū moribus utentes, & non scripto, & multa horū semper secundum euentū casū permittiētes. Noster verò legislator antiquus existens (hoc etenim vndiq; manifestū est, etiā apud eos clarū, qui semper cōtra nos loquuntur) & semetipsum prabuit optimum principem populorum consultoremq;, & instructionē totius legis vita constringens, eis suavit hanc libenter excipere, & firmissimè inclita scientia custodire. Primum autem eius magnitudinis opera videamus. Ille namq; progenitorū nostrorū relinquentiū Aegyptū, & ad terrā propriā reme antiū, multa millia sumens, ex plurimis & impossibilibus rebus cautissimè liberavit: nam et iniquosam eos et multū arenosam oportebat transire viam, bellaq; desincere: & filios ac uxores, pradamq; bello seruare: in quibus dux egregius & consiliarius sapientissimus, & tutor veracissimus fuit universorū. Omne siquidē multitudo à semetipso pendere fecit. & cum omnia quæ vellet persuadere posset, in nullo horum vindicavit sibi met potestate: sed in quo maximè tempore potestatem sibi met arrogant & tyrannide prafules rerū, & populum frequenter plurima iniqūitate vivere consuefaciunt, in hac ille potentia constitutus, è diverso magis iudicauit agendum

pie, & plurimam exhibere alijs aquitatem, ipse
 virtutē praecipuā se credēs cunctis ostendere, &
 salutē firmissimā præbere sequacibus bona re-
 luntate. Et maximis actibus in singulis casibus
 r̄sus est. Quapropter recte indicabat, ducent atq;
 consultore se Deum habere: & primitus sibi met
 satisfactionis, quia secundum illius voluntatem
 uniuersa gereret atq; tractaret, creditis modis
 omnibus opportere, ut etiā apud plebē hæc op-
 nio permaneret. Nam qui Deū respicere suā vi-
 tam credunt, delinquere non presumunt. Huius-
 modi quidē noster legislator fuit, non magus, nō
 fallax, sicut derogatores iniustè pronuntiant: sed
 quales apud Grecos gloriantur fuisse Minoēm
 & post eum legulatores alios. Nanque quidam
 eorum leges politas à Ione dicebant: alijs verò eas
 in Apollinē & raticiniū Delphicū referebant,
 fine pro veritate hoc credentes, seu facile persua-
 dendum iudicantes populo. Qui verò præcipuas
 leges instituerint, vel qui iustissime de Dei fide
 cognoverint, licet hoc ex ipsis legibus facta con-
 paratione conspicere. Iam enim de ipsis r̄bus est
 disputandi. Igitur infinita quidem particularitas
 gentiū atq; legū apud cunctos homines differen-
 tiae sunt. Alij siquidē monarchis, alijs verò popu-
 lo potestatem reipub. commisere. Noster verò le-
 gulator nihil horū intendens, relati si quis hoc
 dicendo mensurā transcēdat verbi, dissimilā rem-
 pub. declaravit: Deo principaliter cōversationem
 nostram

mostram atque potestatem excellenter assignas,
& satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam
causam bonorum omnium & muersis hominibus
existentem: & quacunq; contingit eos in angu-
stis supplicasse, illis no latuisse voluntate, neq;
quicquam eorum qua gessere, vel si quid aliquis
apud semetipsum potuit cogitare. Unū verò cum
esse monstrauit, & ingenitū, immutabilem per
tempus, eternū, & omni specie mortali pulchri-
tudine differentē, & ipsum nobis notam: qualis
autē sit secundū substantiā prorsus ignotū. Hec
itaq; de Deo sapuerunt prudentissimi Graecorū:
qui quidem quod eruditī sine, illo utiq; sciendi
prabēte principia, nūc dicere pratermissō: quod
autem hec optima & congrua Dei natura atq;
magnificentia sint, valde testantur. Pythagoras
enim, & Anaxagoras, & Plato, et post illos phi-
losophi Stoici, & penè cuncti, videntur de diuina
sapuisse natura. Sed hī quidem ad breue philoso-
phantes, populo superstitionum opinionibus iam
preoccupato veritatē dogmatu proferre timue-
re. Noster verò legislator opera prabens consona
verbis suis, nō solū hu qui cū eo erant satisfecit,
sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc
immutabiliter inspirauit, & causam legislatio-
nis ad utilitatis modum semper adduxit. Non
enim partē virtutis Dei culturam dixit, sed hu-
ius partes altas esse perspexit atq; constituit: hoc
est fortitudinē, iustitia, & mutuam in omnibus

ciuum concordiam. Cuncte nanque actiones &
studia, miuersiq; sermones, ad diuinam referun-
tur per omnia pietatem. Non enim hoc inexam-
natum aut indefinitum vterius derelquit. Duo
siquidem sunt totius disciplina & moralis insi-
tutionis modi, quoru; unus quidē sermone docto;
est, alter vero exercitatione morum: qua cū ita
sint, aliū quidē legislatores sentiēdo sunt discreti,
& alterū horum modū sibi placitū assūnentes,
alterū reliquerūt, Sicuti Lacedemoniū quidē &
Cretēses moribus erudiebātur, non verbis: Athe-
nienses vero, & penē omnes aliū Graci, qua qui-
dem oportet agi pricipiebant suis legibus: af-
fuescere vero ad hæc operibus, minime valuere.
Noster autē legislator hæc ambo multa diligen-
tia coaptauit. Nam nec exercitationes morum
omisit non traditas, neq; leges sermone reliquit
incōptas. Sed mox à primo inchoās cibo, et uni-
cuiq; diata conueniente, nihil neq; minimarum
escarum sub potestate voluntatis vtentium dere
liquit. Sed & de cibis quibus cōuenit abstineri,
& qui sumendū sunt, vel qua dieta cōmuniſ esse
videatur, necno & de operibus labore simul &
requie, terminū atq; regulā posuit legē: quate-
nus reluti sub patre atq; domino viuetes, neque
volentes quicquā neq; per ignorantia delinqua-
mus. Non enim ignorantibus paenam posuit, sed
optimā & necessariā correptionē mōstrauit le-
gē. Quapropter nō semel audire, nec secundo rel-
cipimus:

sapientis: sed in unaq; septimana, alia opera
 relinquētes, ad legie auditionem cōgregari pre-
 cepit vniuersos, eamq; perfectè condiscere, quod
 scilicet omnes legislatores reliquise noscūtur. Et
 in tantū plurimi hominum absunt, vt secundum
 proprias leges vivāt, vt penē eas ignorēt. Et cum
 peccauerint, tūc agnoscunt ab alijs, quam legem
 probātur esse prauaricati. Sed etiā viri maxima-
 cū gloria & principalia gubernātes, profitentur
 ignorationē. Doctos nāq; sibi faciunt assidere ad
 dispensationē rerū, & peritiā legū habētes. No-
 strorū verò quēlibet si quis leges interroget, fa-
 cilius quām nomen suū recitat. Vniuersus quidē
 mox à primo sensu eas discentes, in animo velut
 inscriptas habemus. Et rarius quidem quilibet
 trāsgreditur: impossibile autē est suppliciū deui-
 tare peccātē. Hoc itaq; primū omniū mirabilem
 cōsonātiā nobis instituit: nam vna quidē habe-
 re, & eandē de Deo sectā, vita verò ac moribus
 differre nihil abinuicē, optimā moribus hominū
 potest celebrare cōcordiā. Apud nos etenim solos,
 neque de Deo quilibet sermones audiet alterutris
 aduersarios, sicut multa similia apud alios fieri
 cōprobātur: cū nō solū à vulgaribus quod visum
 fuerit micuiq; profertur, sed etiam apud quosdā
 philosophorū hoc crebro præsumitur: quando alij
 quidē totā Dei naturā sermonibus perire te-
 tanere, alij verò enī prouidentiā ab hominibus
 abstulere: neq; in studio vita diffētia vlla cō-

spicitur, sed communia quidē opera omniū apud
 nos existunt, unus verò de Deo fermo concors
 est, asserens illum cuncta respicere. Sed etiam de
 ipsius vita studijs, & quoniam oportet omnia
 alia ad terminum diuinæ pietatis adduci, à mu-
 lieribus nostris & à servis quilibet audient. Pro
 qua re illatus nobis calumnias à quibusdam, cur
 non exhibeamus viros immentores nouorum ope-
 rum seu verborum, contigit oriri. Alij siquidem
 in nulla re paterna perdurare optimum esse pu-
 tant, & pricipiè transgressoribus sapientiæ ro-
 bur assignant. Nos autem è diuerso, unum esse
 prudentiam atque virtutem existimamus, nihil
 penitus vel facere vel cogitare contrarium his
 que antiquitus sancta noscuntur: quod scilicet
 indicium legis est optimo fædere constitutæ: nam
 ea que nunc non habent modū, experimento se-
 pe corrupta redarguntur. Apud nos autem, qui
 credimus ab initio possumus legem diuinam volun-
 tate, nihil aliud pius est, quam hanc sub inte-
 gritate reseruare. Quis etenim eius quicquā mo-
 nere potest, aut quid melius adinuenit? vel quis
 ab alijs tanquam præcellentius ad statū respub-
 nostre aliquid transferre potest? aut quia poterit
 esse melior atq; iustior, quam ea que Deū qui-
 dem principem omnium esse confirmat: sacerdo-
 tibus autem in communi quidem res pricipuas
 dispensare permittit: summo verò pontifici aliorū
 sacerdotum principatum competenter iniungit?
 quos

quos utiq; non diuinis, neq; alijs quibusdā sponte-
taneis uitidatibus praecelestes legislator ad cul-
men huius honoris instituit. Sed quicunq; sapien-
tia vel temperantia alijs prestare noscantur, eis
principiū culturam diuine placationis insunxit.
Apud hos igitur, & legis & aliorum studiorum
integra diligētia custoditur. Contēplatores enim
omnium, atque iudices contemptionum, & pu-
nitores culpabilium sacerdotes esse decreti sunt.
Quis ergo principatus, quod regnū erit hoc san-
ctius, vel qui honor Deo potius cooptabitur, cum
omnis quidem populus sit præparatus ad pietati-
tem, summa verò diligentia sacerdotibus sit in-
dicta; & velut quadam festiuitas gubernetur
uniuersa respub. Cūm enim mysteria sua nume-
ro paucoram dierum alienigenæ custodire ne-
queant, ea videlicet sacrificia nominantes, nos
cum multa delectatione, & incommutabilis vo-
luntate solēnitatis opus per omne seruamus aū.
Quæ igitur sunt præcepta vel interdicta simpli-
cia, siue nota dicamus. Primum quidem de Deo
est, dicens: Deus habet omnia, perfectus, beatissi-
mus, ipse sibi cunctisq; sufficiens, principium &
medium & terminus: inter omnia operibus qui-
dem & muneribus clarus, & omni re manife-
stior: forma verò & magnitudine nobis inerra-
bilis. Omnis namq; materies comparata ad huius
imaginem, licet sit pretiosa, tamen pro nullo est,
cunctaq; ars ad illius imitationis inuentū, extra
artem

artem esse cognoscitur : nihil simile neque vide-
mus neq; possumus suspicari, neq; coniugere. San-
ctus est : videmus eius opera, lumen, calum, ter-
ram, solem, lunam, flumina, mare, animalium na-
tiones, prouentus fructuum. Hac Deus fecit, non
manibus neque laboribus, neque quibusdam in-
dignit sibi cooperantibus : sed ipso vidente bona
repente facta sunt. Hunc homines conuenit mi-
nervos sequi, eumq; placare exercitatione virtu-
tis. Modus enim diuina placationis iste sanctissi-
mus est, Vnum templum votis Dei, commune
omniū communis Dei cunctorum. Gratum namq;
semper est omne quod simile est. Hunc placent
quidē sacerdotes semper. Precedit vero istos pri-
mus secundū genus, qui ante alios sacerdotes sa-
crificabit Deo, custodiet leges, de dubijs iudica-
bit, & puniet lege connictos. Huic quisquis non
obedit, supplicio subiacebit, tanquā qui in ipsum
Deū impie gesserit. Hostias immolat, nō ad cra-
pulam nostram vel ebrietate attinetes : hæc enim
non placent Deo : que res occasio potius iniuria-
rum simul & expensarū est. Deus enim tempe-
ratos, ordinatosq;, & boni generis diligit, &
ut præcipue sacrificantes castè vivamus. In sa-
crificijs autē pro cōmuni salute primum oportet
orare, deinde singulos pro semetipſis, quoniam
omnes socij sumus. Et qui hoc consortiū sua vita
præponit, maximè Deo gratus est. Supplicatio
vero fit ad Deum votis ac precibus, non ut bona
præstet,

præstet, hec enim ipse sponte contulit vniuersis.
Et in medio deposuit: sed ut hec suscipere valeamus, suscipientesq; seruemos. Purificationes quoq; in sacrificijs lex decrevit, à cubili, à lecto,
à cōgressu uxorio, & alia multa, qua cōscrībere longissimū est. Hacusmodi ergo de Deo, & eius placatione sermo est, ipse autē simul etiā lex est.
Quid autē de nuptijs? Solā nouit lex permixtio-
nem naturalē cum coniuge, si tamē filiorū causa
procreandorū agatur. Masculorū verò cum ma-
stulis valde iudicavit inimicas, & tentantes tā-
lia morte decrevit dignos. Nubere verò iubet, nō
respicientes ad dotem, neque violenter arripere,
sed neque dolo vel fallacia suadere. Dispensatio-
nem verò potius fieri per eum, cuius noscitur esse
potestatus, & per cogitationē opportunam. Mu-
li-r autem inferior, inquit, est viro per omnia.
Obedit igitur nō ad iniuriā, sed ut sit sub regi-
mine constituta. Deus enim viro potestatem de-
dit. Cum hac ergo coire decet maritū folummo-
do: alterius verò experientiam habere nequissi-
mum. Si quis autem hoc egerit, declinatio nulla
mortis, neq; si fecerit vim virgini alteri despon-
sata: neq; si suaserit nuptiæ, aut filios nutrienti:
qua omnia lex præcepit. Vniuersis autē mulie-
ribus interdixit vel celare quod natum est, vel
alia machinatione corrumpere filios. Infanticida
enim esset animas demoliens, & genus immi-
nuēs. Igitur si quis ad concubitu, correptionemq;
transierit,

transfierit, immundus est. Oportet autem etiā post legalem cōmixtionem viri, mulieres lanari. Hoc enim partem anima polluere iudicavit: inflata namq; corporibus vulneratur. Dumq; hoc sit, aquam propter purificationis causam talibus imperasit. Sed neq; in filiorum nativitatibus concessit epulationes aggregari. Et fieri, occasiones ebrietatis: sed tēperatum esse repente principium. Iusstiq; literis erudiri propter leges, et nosse progenitorum actiones, ut actus imitentur: Et cum legibus educati, neq; transgrediantur, neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur. Prospperxit autē etiam funeribus mortuorum, ut neq; sumptuose ad sepeliendū celebrētur exequiae, neq; insignium fabrica sepulcrorum: sed necessaria quidem circa elationem funeris imperauit domesticos adimplere: omnibus autem viuentibus legitimū esse constituit, ut aliquo moriente Et currant, Et genitus lamentationis effundat. Funificari autem iubet etiam domesticos funere celebrato: ut longe procul sint, quasi videantur mundi esse. Cūm autem aliquis fecerit homicidū vel sponte vel inuitu, ne horum quidē pānā accidit. Parentum honorē post Deū esse cōstituit: Et qui nō repensat eorū gratia, sed in qualibet parte contristat, pracepit esse lapidandū. Iubet etiā senioribus honorem iuvenes exhibere, quoniam cunctus senior Deus est. Nil nil permittit celandum apud amicos: non enim amicitia sunt apud

eam cui omnia non creduntur: & licet aliquic
inimicitiae proueniant, prodi tamen arcata prohibi
bit. Si quis autem arbitratur munus acceperit, mor
te mulctatur, deficiens quod iustum est, & an
xillum reis offerens. Quod quisquam non posuit no
nus auferat, & aliena non tangat. Nutuans non acci
piat usurias. Hac, & his multa similia, communio
nem continent nostrorum inter alterutros. Quo
modo autem etiam de domestica cura circa alic
cigenas habenda docuerit legislator, referri di
gnum est: ridebitur enim omnibus optimè pro
spexit esse eum, illo ita sentiente, neq; propria cor
rum pamus, neq; participari rebus nostris volen
tibus inuidamus. Quicunq; enim volunt sub no
stra conuersari lege, accedentes ad eam cum mu
nificientia suscipit, non genere solummodo, sed etiā
voluntate vita putans esse confortium. Eos autē
qui obiter adueniunt, misceri solennitatibus no
luit, alia tamen exhibenda constituit. Ide omnibus
prabendū, ignē, aquam, cibū: iter ostendere,
nō spernere aliquā insepultū. Mitissimè etiā circa
hostes qua sunt agenda facinet, ut neq; terra eo
rum exuratur, neq; arbores fersiles incidātur. Sed
etiā spoliari eos qui in bello cecidere, interdixit,
& captivis prospexit, quadam eorum amonean
tur iniuria, & maximè scismaticarum. Sic autem
eximiè nos mansuetudinē atq; clementiā studuit
edocere, ut etiam de animalibus irrationabilibus
non taceret: sed horum tantummodo utilitatem
legi

legitimā concedens, ab omni nos alia causa prohibuit. Quaecūque enim veluti domeſtīca orīuntur in adībus, hac interdixit occidi: sed neque parentes deniq; pracepit vñā cū pullis auferri. Et licet hostilia ſint animalia laborū ſocia, eis tamen parcendum eſſe ſanciuit. Sic vndiq; ea que ad mansuetudinē pertinēt obſeruavit: doctrinalibus quidē, ſicuti pradičō eſt, legibus vtenſ, & alias rurſus contra transgrefſores cauſa punitiōnis ſine excuſatione defigens. Muſta namq; in plurimis cauſis transgredientiū, mors eſt. Si adulterium commiſſerit aliquis, ſi vīm puella fecerit. Si maſculi turpe tentamētum preſumpſerit, aut patiatur ſuſtimere tentatus. Similiter autē eſt lex inenibilis & in ſeruis, ſed etiā de mensuriis, vel ſi quis de ponderibus dolum fuerit operatus, & de iniſta renditiōne: ac fraude ſi quis vel detraherit alienam rem, aut quod non poſuit abſtulerit, cohibendi hi ſunt vindicta, non quali apud alios, ſed valde maiori. De iniuria verò parentum, vel impietate que ſit in Deū, ſi vel tentes hoc aliquis mox peribit. At hiſ qui ſecundū legem vniuersa faciunt, præmiū tribuitur, non aurum, nō argentum, neq; corona lapilliſ diſtincta: ſed vnuſquiq; testem habens conſcientiam ſuam, valde proſicit, legi ſlatore prophetante, & Deo fidē condonante firmiſſimā hiſ qui ſeruant leges, & licet pro hiſ mori contingat, cocurrunt tamen alacres ad occaſum, ſperantes fore vt vita melior ex mutatione

conferatur. Pigeret itaq; nunc hoc me conscribe-
re, nisi opera essent omnibus manifesta: quoniam
sapientia numero multis nostrorum progenitorum, ne vel
sermonē solūmodo extra legē proferrent, omnia
passū sunt viriliter sustinere. Quis & si ignota
gena nostra omnibus hominibus esset, nec palam
esses voluntaria nostra legis obseruatio, si Gracis
aut legisse se in historijs aliquis narraret, aut in
orbe incognito reperisse, homines tamq; ho-
nestā de Deo opinionē habentes, atq; in talibus
legibus multis seculis constanter permanentes, o-
mnes reor demiraturos, propter continuas que
apud ipsos sunt mutationes. Deniq; eos qui con-
scribere proximō de repub. & legibus tentauerent,
tanquam de incredibilibus compositionibus quidā
frequenter accusant, dicentes, quoniam impossibi-
lia sumperint argumenta. Et alios quidem taceo-
philosophos, qui cumq; huiusmodi negotium in
suis conscriptionibus habuere. Plato autē mirabi-
lis apud Gracos, tanquam & honestate vita pra-
cedens, & virtute sermonum & persuasione phi-
losophia cunctos excellens, ab his qui sibi viden-
tur præstantes, in rebus ciuilibus, perpetuo penè
illuditur, canillisq; comicis traducitur: cùm utiq;
quae illius verba considerauerit, frequenter & fa-
cile reperiatur, que etiam consuetudini plurimo-
rum proxima esse no scuntur. Ipse siquidem Plato
confessus est, quia veram de Deo opinionem pro-
pœc ignorantiam plebis proferre fecerum non

est. Sed Platonis quidem verba rana esse putat,
et multa licentia cōposita atq; conscripta: maxi-
mè verò legislationē Lycurgi miratur, et Spar-
tam cuncti concelebrant, quoniam in illius legibus
plurimo tempore perduravit. Ergo hoc manife-
stum virtutis indicium est, in legibus permanere.
Si verò Lacedemonios admirantur, illorum tem-
pus conferant, cum amplius duobus milibus an-
norum nostra reipub. et super hæc sciant, quo-
niam Lacedemonij quidem omni tēpore quo ha-
buerunt libertatem, perfectè visi sunt custodisse le-
ges: cum verò circa eos facta sunt fortuna muta-
tiones, penè cunctarum legū oblii sunt. Nos autē
multis casibus evolutis propter regnum Asia mu-
tationes, neq; in nouissima mala venientes, à le-
gibus sumas alienati: nō vacationis, nec epulatio-
nis causa seruantes eas: quando si quis confidera-
re voluerit multo ampliori testimonio maiores
excubias et labores nobis quam Lacedemonij
videbit impositos. Illi siquidem neq; operantes
terram, neque circa opificia exercitium habentes
sed ab omni operatione remissiores, pingues, et
corpore pulchri in ciuitate degebat, alijs mini-
stris in omnibus vita necessarijs rebus videntes,
et cibum paratum ab illis accipientes, solum opus
bonum atq; equum indicantes, quidvis facere, et
pati quatensis prævalerent aduersus omnes, con-
tra quos bella susciperent: quod autē ne hoc qui-
dem adipisci posuerunt, omitto ducere. Non enim
singu-

singuli solummodo, sed multifrequenter eorum
 subito legis, præcepta negligentes, semetipos cum
 armis hostibus tradidere. Putasne & apud nos,
 non dico tanti, sed duo vel tres agniti sunt prodi-
 tores effecti lego, vel morte formidantes, nō di-
 co illæ, facile quæ solet pralianibus enemre: sed
 eam quæ cum multa corporum afflictione, &
 multa crudelitate videtur accidere. Quam (ut
 ego puto) quidæ prevalentis nobis non per odii
 subiectis imposuere, sed admirandum quoddam
 spectaculum videre volentes, si qui sunt homines,
 qui unum tantummodo credant esse pessimum, si age-
 re quicquam extra leges suæ vel sermonem apud
 eos dicere cōpellantur. Non tamen mirari decet, si
 mortem fortissime toleramus pro legibus, & ul-
 tra dios mineros. Non enim quæ lenia viden-
 tur nostris studijs alijs facile patiuntur, hoc est
 operationem, cibijs, simplicitatem: & ut nihil for-
 tuito, neq; quod quisq; desiderat reficiatur aut bi-
 bat, aut ad concubitum quemlibet accedat, aut
 splendide vestiatur, aut sine nobilitate raset. Sed
 illud attendendum est, si gladijs videntes, & ho-
 stes ab iniunctione fugantes, præcepta legis circa
 cibos sustinere pessunt. Nobis vero gratu est pro-
 pter hac legibus obedire, & in illis fortitudinis
 speciem ostendere. Eant nunc Lysimachi &
 Molones, & quidam huiusmodi alijs scriptores,
 improbi sophistæ, adolescentum deceptores,
 & quasi pranissimis nobis derogare contendant,

Ego sane nolim de legibus alienis examinationem facere. Noster enim mos est propria custodire, non aliena potius accusare. Et ut neque blasphemare debamus eos, qui apud alios putantur dū, aperiè nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem. De accusatoribus autem per obiectiones suas nos increpare volentibus, tacendum non est, cum utiq; non à nobis nunc sermo compositus eos arguere videatur, sed à multis probabiliter iam pramissus. Quis igitur eorum qui apud Gracos sapientia sunt mirabiles, non redarguit nobilissimos poëtas & principiè legislatores, quoniam huiusmodi sectas de diis ab initio populis inferuere, dicentes eos numero quidem quantos ipsi revoluere, ex alterutris verò & diuersis nativitatibus procreatōs? Hos autem diuidentes locis & habitaculis, tanquam genera animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, seniores autem eorū in tartaris vincitos esse dicere: quibus verè attrituere celum, his sermone quidē patrē, operibus autem tyrannum atq; dominū superposuere. Propterea aduersus eum constituerē insidias per uxorē, & fratrem, & filiā, quam ex eius capite frigide generatā, ut alligantes eum appenderent, sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hac iustè accusatione digna concurruntur, qui sapientia virtute praeceplunt. Hi super haec deridentes adjicunt: si deorum alios quidem ephebos & adulescentes, alios autem senio-

seniores & barbatos esse credendū est, alios con-
 stitutos super artes, & quendam fabrum, aliam
 verò textricē, aliū verò peregrinatē, & cum ho-
 minibus contendentem, alios ante citharix antē
 aut arcu gaudentes, demide inter alterutros sedi-
 tiones, effectas & propter homines contentiones
 constitutas, ut non solum inter se aliū alijs ma-
 nus immitterent, sed etiam ab hominibus vulne-
 rati lugerent malaq; perferrent : & quod super
 omnia est luxuriosissimum intemperantia permix-
 tionis vterentur : quomodo non erit incongruum
 amores & concupiscentias ad vniuersos attine-
 re, simul masculos & ad fæminas. Deinde for-
 tissimus & primus eorū pater, seductas à seme-
 tipso, imprægnatasq; mulieres, disruptas submcr-
 sasq; spernit: & eos qui ex eo sunt nati neq; libe-
 rare potest, fato constrictus, neq; sine lacrymis
 eorum perferrre mortes. Bona sunt hæc, et his alia
 consequentia, id est adulteria in calo vijs, & sic
 impudenter à dījs celebrata, ut iam alij inuidere
 se profiterentur in tali fœditate vinclo. Quid
 enim alij facturi non essent, dum neq; senior atq;
 rex valuisset impetū suum à mulierū permixtio-
 ne retinere? Alij verò seruientes hominib; &
 nūc quidem adficiantes causa mercedis, nūc verò
 pascentes: alij autem malignorū modo infero car-
 cere colligati. Quem igitur sapientium talia non
 accendant, ut hac cōponentes redarguat, & mul-
 tieram stultitiam his credentium reprehendat? Alij

verò & terrorē quendā vel metum, necnon &
rabiē, atq; seductionē, omnesq; pessimas passio-
nes in Dei natura fingere præsumpsere. Et horum
quidem nobili oribus etiam cunctates sacrificare
suasere. Siquidē in multa necessitate consistunt,
ut quosdam deorum putent bonorum esse largi-
tores, alios autē vocent aduersarios, quando eos
veluti malignissimos homines muneribus atque
donis placare contēdunt, magnū quoddā malum
se suscepuros ab eis existimabes, nisi mercedēis
studiose prabuerint. Quæ igitur causa est tanta
huius iniquitatis atq; delicti circa Deum? Ego
quidem arbitror, eo quod neq; verā Dei naturā
ab initio eorum legislatores agnoverint, neq; quā
tum percipere potuere, perfectam sententiam dif-
finientes reip, stradicere: sed velut aliud quiddā
vilius neglexerunt, dantes potestatēm poētis, ut
quos vellent deos introducerēt bac omnia patie-
ses: rhetoribus verò ut de repub. scriberēt, & de
peregrinis dījs decreta proferrent. Sed etiam pi-
ctores & plaste in hoc apud Gracos multā ha-
buere potestatē, ut unusquisq; formā quā vellet
secundū modum sua opinionē exponeret, aliis
quidē ex luce quod vollet fingēs, aliis verò pin-
gens. Opifices itaq; qui maximē pueātur esse pre-
cipui, ebū & aurū habēt, ad hoc sua semper
nouitatis argumentū. Proinde apud eos priores
quidē dī florētes honoribus, fennuerunt: alijs verò
moni clām introducti, religione potiūntur: & tem-
plorum

plorū alia quidē desolata, alia verè nuper secundum
dām hominū voluntatē adificantur : cūm cōtra
sportat opinionē de Deo, eiusq; culturā immo-
bilis religione servare. Apollonius signidem Mo-
lon, vñus fuit stultorū atq; tumentiū. Eos autem
qui verè in Greco philosophati sunt, neq; pradi-
florum aliquid latuit, neq; frigida allegoriae cas-
tas ignorauere: qua propter illos quidē iuste spre-
uere, & circa verā decētemq; circa Deum op-
positionem nobis fuere concordes. Quod Plato respi-
ciens, neq; ullum quēpiam poētarū dicit in Rep.
esse suscipiendū: & Homerū honorificè amonet,
coronatū & vnguento delitutū, ne rectam opi-
nionē de Deo fabulis forte destrueret. Pracipue
asamq; Plato nostrum legistorem imitatus est,
in hoc quoque, quod illud pracipue suis ciuibus
imperauit, vt omnes perfectè ediscerent leges, &
ne fortuito aliquid extraneorū ciuibus misere-
tur, sed esset pura Republica, & in legum cu-
stodia perduraret. Horum nihil cogitans Apol-
lonius Molon, nos voluit accusare, quoniam
non recipimus eos, qui alijs sunt opinioribns
praeoccupati: neq; communicari patimur eis,
qui alia vita confuetudine degunt: cūm neque
hoc proprium nostrum sit, sed commune cun-
ctorum, non modo Gracorum, sed etiam qui
inter Gracos cautissimis fuisse noscuntur. Laca-
demonij namq; peregrinos etiam expellebant,
& saos cines peregrinari non sinebant: corru-

ptionē extra leges ex utroq; metuentes. Illorum
igitur citius facitiam poterit quilibet arguere,
qui nullis neq; conuersationis neq; cohabitationis
sua participationē exhibebat. Nos autē aliorum
quidem res xelare nō dignamur: participari ve-
rō cupientes qua sunt nostra libenter suscipimus
quod utiq; reor indicium magnanimitatis atque
clementiae. Sed desino iam de Lacedemonijs am-
plius disputare. Athenienses verò qui consum-
mēt esse suā gloriātur omnibus cīmitatē, quo-
modo de his rebus habuerint, Appollonius igno-
ravit. Hi namq; vel verbo solūmodo, prater illo-
rum legē, de dijs loquentes, inenitabiliter pauie-
rūt. Cuius enim rei grāia Socrates est mortuus?
non enim hostibus tradidit cīmitatē, neq; templa
vastauit: sed quia noua iuramenta iurauit, &
quoddā demoniū significasse referebat, serio sen-
tūt. Ludens, sicuti quidā dicūt, propter hoc cicuta po-
culo morte māltatus est. Insuper etiā corrūpere
iunenes eum accusator siebat, & cōuersationem
patrie legesq; contemnere. Et Socrates quidē ci-
uis Atheniensis, huiusmodi tormenta sustinuit.
Anaxagoras autem Clazomenius fuit. Et quia
existimantibus Atheniēibus solem esse Deum
ille eum saxum ignitiū afferuit, pectorū senten-
tia morte damnatus est. Et aduersus Diagoram
Melium talentum decreuerunt, si quis occideret
eum, quoniam eorū mysteria deridere ferebatur.
Protagoras autē, nisi cito fugisset, comprehēsus

decisus fuisset, eo quod dubium de diis Atheniensium constripuisse putabatur. Et quid oportet mirari, si circa viros fide dignos talia gesisse noscantur, qui neque mulieribus pepercere? Etenim sacerdote quando interfecerunt, quoniam eam quidam accusavit peregrinos colere deos: decretum autem aduersus eos, qui peregrinum introducerent Deum, supplicium mortis inferebatur. Igitur qui talis lege ritebatur, palam est, eo quod aliorum non crederent esse deos. Non enim si credidissent, seipso fructu ex pluribus diis privassent. Quin et Scytha cadibus gaudetes humanis, et paululum differentes a bestiis arbitratur tam sua mysteria esse custodienda: et Anacharsim sapientia mirabilem apud Gracos, aduenientem interemerunt, quoniam videbatur Gracorum deorum ad eos venisse plenissimus. Multos autem et apud Persas inuenias pro ea causa tormentis affectos. Sed palam est, quoniam Apollonius Persarum legibus cogau-debat, illosque mirabatur: quippe cum Graci eorum fortitudinem atque concordiam unanimitatis, quam habuere de diis, mirati sunt, haec scilicet fortitudinem, quam in templis eorum concrematis haberunt. Is etiam studiorum omnium imitator extitit Persicorum, uxoribus alienis contumelias faciens, filiosque execans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel irrationalia animalia hoc modo ledat: et ab his legibus nos abducere neque timor potuit praeponetum potestatum, neque zelus

corum qui apud alios honorantur. Sed neq; fortitudinē ideo exercemus, ut bella amaritia causa suscipiamus, sed ut legū intra seruamus: & cùm alia detrimēta mansuetē sustineamus, si quis nos de legibus mouere tentauerint, tunc etiam ultra virtutē rebellare contendimus, & usq; ad calamitates nouissimas perduramus. Cur itaq; nos alienas emulamur leges, cùm eas neq; à legislatoribus suis seruatas esse videam⁹? Vel quomodo Lacedemonij nō sunt ob inhospitalitatē reprehēdendi, & negligētiā nuptiarū? Elienses vero & Thebanū ob coitū impudentē & extra natūrā cum masculis, quē optimē atq; utiliter facere se putabāt. Ergo cū hac ipsi omnino rebus efficerent, etiam sui legibus miserere: quod tantum aliquādo valuit apud Gracos, ut etiam dījs suis masculorū concubiti applicarent: eadem deniq; ratione germanariū nuptias retulere, huiusmodi satisfactionē rerū incongruarū, & extra natūram pro libidine cōponentes. Desino nūc de supplicijs dicere, & quantas ab initio probuerint plurimi legislatores absolutiones malignis hominibus, in adulterio quidē pecuniarū, in corrptione autē etiam nuptias fācientes. Quantas autē occasiones cōtineant de abnegatione pietatis, examinare longissimum est. Iam enim apud plurimos olim meditatio facta est trāsgredendi leges, quod nō agitur apud nos, quādo pp̄ter eas & diuisijs & cimitacionis & bonis alijs priuatis sumus.

sumus. Lex autem apud nos seruat ut usq; ad mortem. Nullus verò Iudaorū, neq; si procul abeas extra prouinciam, regē quāvis acerbū sic metuit, ut ultra illū legis videatur timere preceptū. Igis sur si propter virtutē legū taliter erga eam affetti sum⁹, cōcedat quoniā optimas leges habemus. Sin verò circa prauas nos leges iudicant perdurare, quid ipsi iustissimè nō patientur, meliores non custodientes opere sanctiones? Quia igitur longinquitas tēporis verissima creditur omnium esse probatio, hāc ego testē faciam virtutē legislatoris nostri opinionisq; quā ille de Deo contradedit: nam cum sit infinitum tempus, si quis cum comparet aliorū legislatorū et atibus, hunc ultra omnes inueniet. A nobis itaque declaratae sunt leges, & cunctis alijs semper hominibus & clū suis potius prabuerūt. Primi quippe Gracorū, in spe ciem quidē iura patriæ cōseruabant: ipsius autē philosophiae tractatu illa secuti sunt, de Deo similia sapiētes, humilitateq; vita cōmunionē inter alterutros edocētes. Quin etiā populi tā olim multū nostrā pietatē emulantur: neq; est ciuitas Gracorū vlla usquā aut Barbarorū, nec vlla gēs ad quā septimana in qua vacam⁹ cōsuetudo minime puenerit, ieuniaq; et cādelabra accēsa: alq; etiā ciborū apud nos solēnia plurimi apud multos iugiter obseruare coantur: insuper imitari etiā cōcordiā, quā nos inter nos obtinemus, & rerū cōmunionē, & industriā in artib⁹ et p̄dū ratione

rationem necessitatum habere pro legibus. Illud enim mirabilem est; quia absque exactore huic obseruationis, ipsa lex per se homines ita valuit obligare: & quemadmodum Deus in uniuerso mundo consistit, ita lex per cunctos ambulauit. Vnusquisq; enim si suam regionem domumq; conspicat, his que dicuntur à me credere non recusabit. Oportet igitur cunctorum hominum spontaneam malitiam reprehēdere. Aut enim volunt nos isti aliena & prava iura, ante propria & meliora zelari: aut certe si hoc nolunt, quiescat nobis per iniuidiā accusationes ingerere. Non enim alicuius odio defendimus hāc causam, sed nostrū honoramus legislatorem, atq; credimus quae ab illo prophetata de Deo sunt. Deniq; nisi intelligeremus ipsi virtutem legum, at certè ob imitatiū multitudinē preclare de eis sentire cogeremur. Sed de legibus quidē & de Repub. nostra certissimā feci narrationē in his quae de Antiquitate conscripsi. Nunc autē earū mentionē feci quantum necessarium fuit, neq; aliorū vituperare iusta, neq; nostra laudare proponēs: sed hoc agēs, ut de nobis iniuste cōscribentes, & cōtra ipsam veritatē impudentissimē cōtendentes, arguerem. Arbitror itaq; per hāc conscriptionē abundantanter me quae promisi, cōplesse. Ibi enim ostendi, hoc genus hominū contra quām calūniatores affirmāt, esse antiquissimū: & multos veterū in cōscriptionibus suis memoriā habentium nostri, testes exhibui.

bui. Dixere itaq; Aegyptios fuisse progenitores nostros: Et ostensum est, quia in Aegyptum venerunt aliunde. Deinde sunt mentiti, quoniam exinde propter cladem corporis sunt expulsi: Et apparuit quod voluntate ex magnitudine fortitudinis ad propria sunt reuersi. Alij vero tanquam nequissimo viro, legislatori nostro derogare contendunt: cuius virtuti dudum quidem multi post illum, tēpus verò longissimū perhibet testimonium. De legibus autē loqui ampliori sermone, nō fuit opus. Ipse namq; per se met ipsas apparuere pia, et verissimā habentes intentionē: Et nō ad hominū odium, sed ad rerū communionē potius invitantes, iniquitatū inimicæ, cultricesq; iustitiae, et luxum procul abhincientes, frugalitatē vero ac industriam erudientes, bellum causa anaritia ne scientes: fortes autē prae se esse populos præparantes, ad supplicia retribuēda semper inevitabiles, verbis nequaquam circūueniri faciles, præparations semper operibus exequētes. Hac enim nos semper opera manifestiora literis exhibemus. Quapropter ego confidēs dico, quia pluriū atq; meliorū rerū, nos quam alij præceptores sumus. Quid enim impreuaricabili impietate melius est? quid iustius, quam legibus obediē? quid neilius quam iniucem vnanimes esse, et neq; in calamitatibus ab iniucem recedere, neq; tēpore felicitatum per in iurias dispare: sed in bella quidē mortem conteninere, in pace vero aribus aut

aut agricultura vacare: & semper & ubiq; credere Deum respicere, & solum omnia gubernare? Hac igitur, siquidem apud alios aut scripta sunt primitus, aut seruata, firmiore debemus nos gratiam illis tanquam eorum facti discipuli. Si vero nequaquam primitus extitere, his pricipue nos utentes cognoscimur, & primam eorum intentionem nostram fuisse declaramus. Apiones signatur & Molones, & quicunq; mendacij derogatione congaudent, conuicti procul faceant. Tibi autem Epaphrodite, veritatem maximè diligentibus, & per te similia nosse de nostro genere cogitabimus, hic libellus conscriptus esse dignoscitur.

ELIOSPHI CONTRA
Apionem libri II. finis.

DES. ERASMVS ROTE

RODAMVS INTEGERRIMO,
dotissimoq; patri, Helia Marca
Machabeano, honoratissi-
mi Machabaorum col-
legij moderatori,

S. D.

VNIS diecula opellam tibi non granate
discavi, pater integerrime recognito, &
quod licuit, emendato Iosephi libello de septem
fratrum Machabaorum, fortissimaeq; matris
martyrio. Atque ytinam cumulatim tuo voto
satis

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

RERVM OMNIVM
IN JOSEPHI OPERIBVS
MEMORABILIVM
INDEX.

Eaque asteriscum * præfixum habent, in
secundo iuuenies tomo : quæ crucis si-
gaum†, in tertio; reliqua in primo.

- A**ron primus fuis pontifex 654
Aaroni sacerdotiū cōfertur 179. cōfirmat
eis 218. eis filij quatuor 180. filij eius duo
seniores dum offerunt exūstī 183. virga eius
floret et profert anrygdala 218. moritur 221
Abaneth qualis zona 173
Abaris mons 166
Abassarus à Cyro prefectus restituendo temple
Hierosolymis * 30
Abdastartus rex Tyriorū Belæstato patri sus-
cepit† 647. eius mors ibidem
Abdemarus Tyrinus adolescēs problematum dis-
soluendorum peritus 528. † 646
Abdonis principatus Hebraeorum 313
Abel quid significet, occiditur à fratre 21
Abelmachea vrbs 473
Abemerigus Isara suam filiam dat vxoriens 622
Abenarus prefectus exercitus 361. 382. pugnat
cōtra Ioabū 416. trāsfert regnū ad Davidem
419. ab Ioabo fraudulenter occiditur 421
Ab er secundū ex fratribus Machabaei supplicia
erat

INDEX IN IOSEPHVM.

erudelissima, tolerantiaq; eius	†737
Abesalonus Ammonem fratrem fugit 451. fugit in Gesura, unde à patre reconciliato renatur, item forma eius ex casaries qualiterum quomodo Iobab tractarit 452-453. populerem auram captat ex regnum 455. cùm patris concubinarem habet 459. cogit magnū exercitum contra patrem 463. pédens in aratore interimitur	464
Abias Arabum rex prælio vultus fibipse manum infert	*630
Abias Samuelis filius quomodo se gesserit in administratione principatus	342
Abiatharus Achimelechis filius servatus à Saulis sanctia 388. confirmatur ei pontificatus 476. quomodo à Davide vultus, eius domino sacerdotio primatur	499
Abibalus rex Iromi pater	528
Tyriorum rex	†645
Abigaa Nabuli vxor Davidem commotum placat	397
Abilamarodachus Nabuchodonosori filius in paternum regnum succedit ex Ioachimū è vinculis eximie	685
Abimelechi Bethlemita in Moabiticam terram cum suis profectio	327
Abimelechus Gedonii notus, fratres legitimos occidit, ex imperium atripis 311. urbe et tribu pellitur 312. sicimas captas solo aquas	314
	666 5

- I T I N E R A R Y
34. occidit tur 315
 Abimelechus Palastina rex Sarā cōcupiscit 32
 Abironem cum suis terra dicit 215
 abisace puella calefacit senem Dauidem 486.
 ambit eam uxores Adonias 498
 abisaces Iacob frater, vir fortis 416.469.480.
 cum fratre Sabato persequitur 474. vindicat regem ab interitu occiso Acmonem 477
 Abrahamus quādo natus 40. ē Chaldaea migrat
 in Chananeam, & Dei verū cultū instituit
 42. hinc in Aegyptū proficiscitur, ubi uxore
 fuit esse sororē suam 43.52. Aegyptiūs disciplinas instituit 44. Assyrios vincit 46. decimas dat Melchisedaco, & promittitur ei filius
 à Deo 48. genuit Ismaelē ex Agare 48. hospitatur angelos tres 50. migrat in Gerara
 51. a Deo tēlatur 55. monumētū sibi & poste
 ris cōparat 58. dicit Chaturā uxori, suscipie
 liberos 58. Isaco querit uxori ibid. moritur
 62. eius arma contra Pharaonem † 481
 Abrahāni domicilium, vicus 41
 Absalom tyranidis Mandemū adiutor † 236
 Absalomus patruus & ficer Aristobuli ca-
 pthus *225
 Accaron non potuit capi ab Hebreis 291
 Achabus Amarini filius regnum paternum va-
 elius maioribus cōtinuat id sceleribusquam
 antecessores sui 563. agnoscit suum fatum &
 panitas 572. cedit Adadi filio bellum inferen-
 ti,

I N E O S E P H U M .

Atti, 2 <i>ad</i> . cuncte vincit 575. occiditur 583. ap̄fsum liberorum capita præciduntur	610
Achar furcum committit 274. plectitur 276	
Acha, quinti ex fratribus Machabae immensis supplicia, eiusq; insignis tolerantia † 741	
Achazar lothani filius regnum paternum arri- piens, idolis filium holocausta offert, belloq; impetu magna patitur stragem 632. Assy- riorum regis auxilio vlciscitur Syros, fluitus et impingu moritur	635
Achiab ⁹ Herodis nepos cui vim prolybet * 464.	
impunitur a 2000. milibus dimissis * 480	
Achias pontifex	357
Achias propheta Hieroboamo regnum et alia vaticinatur	540. 553
Achilaus princeps commentariensis	476
Achimannus Berzellei filius apud Dauidem ma- net	472
Achimes Dauidi vicitoriem numerat	466
Achimelechus pontifex Dauidem commentari in- vitat 387. accitus ad Saulum occidetur cum amni sua familia	388
Achitophel a Dauide ad Abesalamum deficet 495. seipsum suspendit	462
Acmes luis a famula dolus	* 455. † 146
Aemon gigas Dauidem occisorus, ab Abisao pe- rimitur	477
Aenfilius Argivus historicus	† 628
Adactus Axacolii filius paternum in regnum succe- dit,	

dit, quo ab Ioa Israëliterū rege primatur	621
Adadus Syria & Damasci rex cum Davide configens vincitur	435
Adadi huius posteri dicti reges Syriae, sicut egypti reges Ptolemai	436
Adadus Syrus Achabo bellum inferens rodenti, ab eo tandem vincitur 574. & recipiebat in gratiam 575. Ioramō insidians & Eliseum capere conatus frustratur 594. f96. bella ug- greditur Ioramum 596. fugatur à Deo 599. prafocatur ab Axæle	602
Adami creatio, & quid ea vox significet	18.
Lapsus & multa 19.20. eius soboles posse- ritas & mors	21.23
Aderus Syriae occupat, & rex eius efficitur	538
Adoma quid significet	79
Adomus dictus Esau	ibidem
Adoni quid significet	290
Adonias Davidis filius regnū paternū affectas 487. fugit ad asylum, & veniam cōmissi à pa- tre impetrat 490. saluat matrē Salomonis, & Abisaces connubij arbiēs occidit 499	
Adonibēz ecno capitur ac trucidatur manibus & pedib⁹, sicuti ipse alios reges mutilaverat	291
Adoramus questor tributorum ordinatur	476.
lapiabim⁹ obruitur	543
Adulterij suspecta quomodo purgetur	194
Adramalech Senacheribi filius patricida	646
Adrezz⁹. Sophaeus rex à Domide vicitus	436

Aegyptium rates seductor Iudeorum	649
Aegyptius non licere greges curare 113. quintam fructuum portionē regibus pendens ibid. pro- gredit cū Aethiopibus 122. Hebreos insequim- tur 139. quare Babylonē abducti 676. eorum antiquissima rerum. memorabilium traditio †627. testimonium de Iudeis †638. 662 sex- ginta millia Iudeorum peremserunt †614	
Aegyptiorum dī descripti †670. servitus †704	
Aegypti Aethiopiaq; regina Solomonem innisi- 532	
Aegypti descriptio	†224.420.421
